Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Theron. I.

tuum et frequentes tuas infirmitates.
Quorundam enim hominum peccata mani
festa sunt precedencia ad iudicium.
quorundam autem et subsequuntur. Simili
ter autem et facta bona manifesta sunt. et
qualiter se habent abscondi non possunt

VI

Quicumque
sub iugo seruii sunt dominos suos
omni honore dignos arbitrentur. ne nomen domini et doctrina blas
phemetur. Qui autem fideles habent dominos non contempnant quia fratres sunt
sed magis eis seruiant quia fideles sunt et dilecti quia beneficii participes sunt.
Hec docete et exhortamini. Si quis autem
aliter docet et non acquiescit sanis ser
monibus domini nostri ihesu cristi.
et ei qui secundum pietatem est
doctrine superbus est. et nichil
sciens. sed languens circa questi
ones et pugnas verborum. ex quibus
oriuntur iniuidie contencones blasphe
mie suspiciones male conflictaciones
hominum mente corruptorum et qui a
ueritate priuati sunt existimant non es
tum esse pietatem. Est autem questus
magnus pietas cum sufficiencia. nichil
enim intulimus in hunc mundum. hau
dubium quia nichil nec auferre quid
possumus. Habentes autem alimenta et
quibus tegamur his contenti simus
Nam qui volunt diuites fieri incidunt
in temptacionem et in laqueum diaboli
et desideria multa et inutilia et nocua
que mergunt homines in interitum et
perdicionem. Radix enim omnium malo
rum est cupiditas. quam quidam appe
tentes erraunt a fide et inseruerunt se
doloribus multis. Tu autem o homo dei
hec fuge. sectare iusticiam pietatem
fidem caritatem patienciam mansue
tudinem. certa bonum certamen fidei
ut apprehendas uitam eternam in qua vo
catus es et confessus bonam confessio
nem in multis coram testibus. Precipio
tibi coram deo qui uiuificat omnia et
in cristo ihesu qui testimonium reddit
sub pontio pylato preside bonam confes
sionem ut serues mandatum hoc sin
macula irreprehensibile usque in aduentum
domini nostri ihesu cristi. quem suis temporibus
ostendet beatus et solus potens rex regum
et dominus dominantium qui solus habet
immortalitatem et lucem habitat in ac
cessibilem quem nullus hominum uidit
sed nec uidere potest. Cui sit gloria hono
re et imperium sempiternum amen. Diui
tibus huius seculi precipe non sublime sa
pere neque sperare in incerto diuitiarum.
sed in deo uiuo qui predat nobis omnia
habunde ad fruendum. Bene agere diui
tes fieri in operibus bonis facile tribu
ere communicare thesaurizare sibi bo
num fundamentum in futurum ut ap
prehendant uitam eternam. O timo
hee depositum custodi. deuitans pro
phanas uocum nouitates et oppositi
ones falsi nominis scientie. quam quida
promittentes circa ceciderunt. Gra
tia dei tecum amen. incipit epistola ad
Timotheum secunda.
Timotheo scribit de exhortacione mar
tyrii et omnis regule uitatis et quid
futurum sit temporibus nouissimis et